



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
Ill[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola VI. Ill[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Roberto Bellarmino S. R.
E. Cardinali, Archiepiscopo Capuano Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S. P.
D. Ill[ustrissi]me & Reu[erendissi]me D[omi]ne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

cum & hic diligentia nihil ab ordinarijs
 censoribus prætermittatur: & mea illa *πα-*
νοματα (de meis enim loquor) nihil sint
 aliud, quàm ^k *Hemeroby Hypanici*, aut ^l *her-*
bulae solstitiales. Sed tamen quia ^m *obediẽtiam*
meliozem scio victima, & in dubijs securio-
 ra præferenda sunt, libellum Elencticum
 quem iam ab reditu in *Hunnum Pseudoitu-*
bilai Wittebergensis promulgatorem ador-
 nabam, abdicare potius, atque in alienum
 quasi nomen, in alienam familiam transde-
 re, quàm vel minimum à præscripto supe-
 riorum exorbitare malui. Tu vale Ill^{me} Do-
 mine, ac me nihilominus hoc dubio solve.
 Mogunt. Non. April. M. DCIII.

*Plin. li. ix.
 cap. 36.
 Plaut. in
 pœnul.
 m. Reg. 15.
 22.*

EPISTOLA VI.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D. ROBERTO
 Bellarmino S. R. E. Cardinali, Archie-
 piscopo Capuano

IVSTVS BARONIVS VETERA-
 castrensis S. P. D.

Ill^{me} & Rev^{me} D^{ne}.

MIRABLEM *Præscriptionum* mearum
 casum! quæ tam longinquis oris va-
 gatæ, tam incertis authoribus ad te delatæ,
 nullum

2^a Psal 76.
20. 21.

6^o Marul. 6.
1. cap. 4.

nullum tamen neque erroris comitem, neque viæ ducem nominare potuerunt. Suspiciari licet, haud abfuisse eum, ^a Cuius via in mari, & semitæ in aquis multis, cuius vestigia non cognoscuntur, qui deduxit sicut ovis populum suum, in manu Moysi & Aaron. Sed utcunque sit, gaudeo munusculum meum tibi redditum, qui quod tam liberaliter de oppella etiam mea sperare audes, facis tu quidem singulari quodam tuo in me amore, renouasque memoriam Magni illius Pontificis Gregorij, qui aliquando laudes suas à probato quodam viro decantari audiens, ita respondisse fertur. ^b Deum deprecare frater, ut his quæ de me predicas, dignus efficiar, sicut & tu dignus es, cuius opinio improbari non debeat. Sed plerumq; euenit, ut ea quæ de ijs, quos amamus in medium proferimus, maiora verosint. Itaq; quamuis ista commendatione tua longè inferiorem me esse agnoscam, charitati tamen gratias ago. Idem ego tibi Ill^{me} Bellarmine: cui ut placere quam maximè cupio, ita vitam longissimam opto.

Mogunt. Non. April. M.

DCIII.

EPI-